

<tu>nc^b comes iussit ac<ce>rsiri senes incolas, qui in <m>ontis eiusdem vicinia <co>mmanebant, cępitque <ab> eis privatim requirere <et> quasi rogitando exi<ge>re, ut, si certius nosset <lo>cum ei, in quo beati Mennatis <co>rpus quiesceret, demon<str>arent. Simplicia <sim>plices ad hęc responsa <de>dere; se videlicet <quia i>bidem^c viri dei corpus iaceret <pro> certo scire, verum sepul<t>urę certissimum locum <fu>nditus ignorare. His <co>mes dimissis^d, ut mo<na>chus quoque, qui tunc inibi commanebat, super hoc requireretur^e, oravit abbatem. <Q>uod cum abbas fecisset, huiusmodi ab^f illo^f responsum <a>ccepit: „Certum quidem <l>ocum, ubi sanctus dei iaceat, non solum ego, pater mi, sed <n>emo plane novit <m>ortalium. Verum quod in <prę>senti requiescat oratorio, <s>emper a nostris prioribus audivimus <a>strui. Quod certe nequaquam <p>otest incredibile vel dubium <ae>stimari^g. <quod frequentia miraculorum, que inibi incessanter per eius sancti merita^h dignatur operari, omnibus sit manifestum“. Qui quidem itidem monachus ea, quae superius enarrata de prefatoⁱ sancto fuerunt, incunctanter ac sine ulla dubitatione asseverabat.> (p. 263) Namque^j ad commendandam venerabilem sancti ipsius memoriam memorabile usque in hanc diem miraculum in hoc^k loco peragit omnipotens et mirabilis deus. Prope siquidem hanc^l ecclesiam fonticulus perspicuus oritur, qui videlicet in usibus viri dei, dum adviveret, fuisse non immerito creditur. Hunc refert antiqua incolarum traditio per ipsum viri dei sepulcrum habere meatum. Quam profecto aquam femineę geniali lacte carentes dum devote perbiberint, protinus abundantia cęlestis gratię mirabiliter earum hubera replet et lactis copiam affatim sumministrat; quodque magis mirandum est, id ipsum etiam quibusque lactantibus fertur animantibus provenire^m“. (p. 264) Saneⁿ

b) tunc – aestimari (siehe unten Var. g) am Rand hinzugefügt. c) über der Z. hinzugefügt. d) über getilgtem acceptis. e) oder requiratur C; requireretur V. f) über der Z. hinzugefügt. g) siehe oben Var. b; es folgt Namque ad commendandam. Require post cartam ad tale signum ↓ usque provenire (siehe unten Var. j). h) hier scheint ein Subjekt wie dominus deus zu fehlen. i) p^{to} V. j) korr. aus Nam et; der Abschnitt Namque – provenire (siehe unten Var. m) von oben S. 464 (siehe Tr. I c. 4 Var. i) hierher umgeordnet. k) über getilgtem eodem hinzugefügt. l) über getilgtem ipsam hinzugefügt. m) siehe oben Var. j. n) folgt autem V; Sane mirari se unten links auf p. 264 anschließend an den Verweis Namque ad commendandam – usque provenire (siehe oben Var. g).